RAIMUNDUS LULLUS

Pisa, 1494 Seite 12v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8225
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et coniungendo conditiones et naturas unius planete cum conditionibus et naturis
alterius planete discurrendo per domus celi et respiciendo que
domus vel qui planeta est magis fortis in illa constellatione
que est in illo tempore in quo facta est interrogatio et na-
tivitas hominis et de hoc loquimur magis prolixe in 3a parte
huius tractatus. Dictum est de prima parte principiorum
astronomie modo loqui intendimus de 2a parte in qua mea opinio
continetur et que figuratur ex verbis sequentibus principia tabule generalis cum
quibus cum quibus investigavimus secreta et naturas signorum et planetarum

De 2a parte principiorum astronomie:—

In hac parte investigabimus utrum sit verum hoc quod de
prima dictum est et investigationes faciemus cum principiis tabule
generalis cum 10 questionibus generalibus ad omnia que queri possunt
principia tabule sunt hec / Bonitas magnitudo duratio potestas
sapientia voluntas virtus veritas gloria divina concordantia
contrarietas principium medium finis maioritas equalitas et mino-
ritas. Cum istis 18 principiis generalibus investigari
possunt omnes res que sunt intelligibiles et possibiles ad intel-
ligendum. 10 sunt genera questionum videlicet utrum quid de quo quare
quantum quale quando ubi quomodo et cum quo. per hec 10 genera quorum
fieri possunt omnes questiones que queruntur / cum bonitate inve-
stigabimus quare saturnus est malus et quare iupiter est ma-
bonus et cum magnitudine investigabimus quare saturnus est
parvus et iupiter est magnus / et cum duratione quare du-
rat et sic de eorum masculinitate ac femininitate ca-
lore ac sicce et sic de aliis et per quid querimus quid est ari-
es / Item quereque de quo est aries et sic de aliis quibus sig-
nis et planetis

De victione

Dictum est quod signa et planete habent effective complexiones elementorum